

# Q. HORATII FLACCI ODÆ SELECTÆ CUM NOTIS.

## ODE I. AD MECÆNATEM.

*Indicat, se Lyrici vatis nomen ultro & gloriam ambire.*

**M**ecænas (a) Atavis edite Regibus , (b)  
O & præsidium, & dulce decus meum :  
Sunt, quos [c] curriculo puverem Olympi-  
cum

Collegisse juvat, metaque (d) fervidis  
Evitata rotis, palmaque nobilis *victores laudantur*  
Terrarum Dominos evehit ad Deos.

Hunc si nobilium turba Quiritium  
Certat [e] tergeminis tollere honoribus :  
illum, si proprio condidit horreo  
Quidquid de Lybicis verritur areis.  
Gaudentem patrios findere [f] sarculo  
Agros, (g) Attalicis conditionibus

A

Nunquam

[a] Atavus pro quolibet è majoribus ponitur. (b)  
Regibus Tuscia. (c) Equorum cursu & quadrigarum  
agitatione habebantur ludi ad montem Olympum in  
Gracia. (d) Rotæ isto motu cursuque incalescunt. [e]  
Valde magnis. [f] Sarculum, estrastri genus, quo sege-  
tes purgantur. (g) Èa conditione, ut acquirat opes  
Attali, qui fuit Rex ditissimus Pergami.

## H O R A T I I

Nunquam dimoveas, ut trabe [b] Cypriâ

(i) Myrtoum pavidus nauta secet mare.

Luctantem Icariis fluctibus Africum

Mercator metuens, otium & oppidi

Laudat rura sui : mox reficit rates

Quassas, indocilis pauperiem pati.

Est qui nec veteris pocula [k] Massici,

Nec partem solidi demere de die

Spernit, nunc viridi in membra sub arbuto

Stratus, nunc ad [l] aquæ lene caput lacticæ

Multos castra juvant, & lituo tubæ.

Permistus sonitus, bellaque [m] in atribus

Detestata ; manet sub Jove frigido

Venator teneræ conjugis immemor :

Seu visa est catulis cerva fidelibus,

Seu rupit teretes (n) Marsus aper plagas.

Me doctarum (o) hederæ præmia frontium

Duis miscent superis : me gelidum nemus

Nymphaeumque leves cum Satyris Chori

Secernunt populo : si neque tibias

Euterpe cohibet, nec Polyhymnia

(p) Lesboum refugit tendere Barbiton.

Quod si me Lyricis vatibus inseris,

Sublimi feriam sidera vertice. *valde labor*

### ODE

[b] Insula Cyprus trabes suppeditat pro navibus fabri-

candis. [i] Myrtoum mare pars est Ægai pelagi. (k)

Mons Massicus in Campania, vini generosi ferax. (l)

Caput aquæ fons est, Deo alicui sacer. (m) quia Filios

in bello amittunt. (n) Marsi Italiae populi sunt, apud

quos feroce apri. (o) Hederæ semper virens Baccho sa-

cra est : istum colunt Poëtae. (p) Lesbos insula Ægei

maris, ex qua Sappho & Alceus, Poëtae Lyrici oriundi.

## ODÆ SELECTÆ.

3

## ODE II. AD AUGUSTUM CÆSAREM.

Arg. Commemoratis cladibus, & prodigiis, quibus  
ob necem Juli Cæsaris Urbem vexârant superi, unam  
spem afferit in Augusto constitutam.

I Am satis terris nivis, atque diræ *sæc. saec. tempore ay*  
Grandinis misit pater : & (b) rubente  
Dexterâ sacras jaculatus arces

Terruit urbem ;

Terruit gentes, grave ne rediret

(c) Sæculum Pyrrhæ nova monstra questæ :

Omne cum Prothœus pecus egit altos

Visere montes :

Piscium & summâ genus hæsit ulmo,

Nota quæ sedes fuerat columbis,

Et superjecto pavidae natârunt

Æquore damæ.

Vidimus flavum Tiberim retortis

Littore Hetrusco violenter undis,

Ire dejectum (d) monumenta regis,

Templaque Vestæ :

[e] Iliæ dum se nimium querenti

Jactat ultorem : vagus & sinistrâ (f)

Labitur ripâ, Jove non probante

Uxorius amnis,

Audiet cives acuisse ferrum,

A 2

Quo

(b) Jupiter Deorum pater plura templâ fulminibus  
percussit. [c] Pyrrha Conjux Deucalionis, quanda  
aquarem diluvio terra fuit submersa. (d) Vetera do-  
mus Regia Numa Pompilii. (e) Ilia Romuli mater, quam  
Poëta uxorem fluvii Tiberis fixerunt, quod Roma ve-  
nusta ad sinistram Tiberis erat.

Quo graves Persæ melius perirent:  
Audier pugnas, vitio parentum  
Rara juventus.

Quem vocet divûm populus ruentis  
Imperî rebus? prece quâ fatigent  
(g) Virgines sanctæ inimicis audientem  
Carmina Vestam?

Qui dabit partes scelus expiandi  
Jupiter? tandem venias, precamur,  
Nube candentes humeros amictus

(h) Augur Apollo.

Sive tu mavis (i) Erycina ridens:  
Quam jocus circum volat, & Cupido,  
Sive neglectum genus, & nepotes  
Respicit auctor.

Heu nimis longo satiate ludo: miles bellator  
Quem juvat claimor, galeæque læves.  
Acer & Mauri peditis cruentum  
Vultus in hostem.

Sive mutatâ juvenem figurâ,  
Ales in terris imitaris, almæ  
(k) Filius Majæ, patiens vocari  
Cæsar is ultor.

Seru in cælum redeas, diuque precamur ad die  
Lætus inter his populo (l) Quirini:  
Neve te nostris vitiis iniquum

Ocius aura

Tollat: hic magnos potius triumphos.

Hic armes dici (m) pater atque princeps, Neu

(g) Virgines Deæ vestæ servientes. [h] Quid divi-  
nationibus præsidet. (i) Nomen Veneris ab Eryce monte  
Siciliae, in quo maximè colebatur. (k) Mercurius (l)  
Romani à Quirino seu Romulo.

## ODÆ SELECTÆ

5

Neu sinas Medos equitare insultos  
Te duce, Cæsar.

ODE III. AD NAVIM, VIRGILIJUM  
ATHENAS DEVEHENTEM.

Arg. Virgilio sibi carissimo felicem precatur naviga-  
tionem; tum acriter in illum invehitur, qui pri-  
mus navigandi dedit exemplum.

**S**ic te [b] diva potens Cypri, *venas*  
[c] Sic fratres Helenæ, lucida sidera,  
Ventorumque regat pater, (d)  
Obstrictis aliis præter Japyga, [e]  
Navis, quæ tibi creditum  
Debes Virgilium, finibus Atticis  
Reddas incolunem precor:

Et serves animæ dimidium meæ. [f] *optimus amus*  
Illi robur, & æs triplex [g] *mens' simus'*  
Cirea pectus erat, qui fragilem truci  
Commisit pelago ratem *qui proigno navi*  
Primus: nec timuit præcipitem Africum  
Decertantem Aquilonibus:  
Nec tristes Hyadas (h) nec rabieni Noti,  
Quo non arbiter Adriæ *nepotium*

A;

Major,

(b) *Venus*, quæ in Cypro colebatur. (c) *Castor* &  
*Pollux* mutati in stellas nautis salutares. (d) *Æolus*.  
(e) *Japix* est ventus sicut ab Apulia [ que olim *Japygia*  
dicebatur ] propellens ex Italia in Graciam. (f) Opti-  
mum meum amicum. (g) *Homo durus* & *barbarus*. (h)  
*Atlantis* filia, quæ in stellas pluviam invehentes mu-  
tatae sunt, ob continuas lachrimas, quibus mortem fra-  
tris à Leone occisi deplorarunt. Positæ sunt 7. *Hyades*  
in capite Tauri.

Major, tollere seu ponere vult freta  
 Quem mortis timuit gradum, [i]  
 Qui siccis oculis monstra natantia,  
 Qui vidit mare turgidum, &  
 Infames scopulos Acroceraunia: (k)  
 Ne quicquam Deus abscidit  
 Prudens Oceano dissociabili  
 Terras : si tamen impiæ  
 Non tangenda rates transiliunt vada.  
 Audax omnia perpeti, *homines redduntur*  
 Gens humana ruit per vetitum nefas, *proprio criminis*  
 Audax Japeti genus (l)  
 Ignem fraude malâ gentibus intulit.  
 Post igne:n æthereâ domo *nostri iasius manibus*  
 Subductum, macies, & nova febrium *homines*  
 Terris incubuit cohors:  
 Semotisque prius tarda necessitas  
 Lethi corripuit gradum.  
 Expertus vacuum Dædalus aëra [m]  
 Pennis non homini datis:  
 Perrupit (n) Acheronta Herculeus labor:  
 Nil mortalibus ardaam est.  
 Cælum ipsum petimus stultitia: [o] neque  
 Per nostrum patimur scelus *nostris penitibus Deum*  
 Iracunda Jovem ponere fulmina. *aditam regula*  
ODE IV.

(i) Quod genus mortis. [k] Epiri montes altissimi.  
 [l] Sunt homines, quos prometheus Japeti filius ex luto  
 primus fixisse fertur. (m) Dædalus Icari pater, faber  
 ingeniosus alas sibi & filio aptavit, ut e Creta Insula evo-  
 larent. (n) Acheron unus è fluviis inferni, pro ipso in-  
 ferno ponitur, è quo Hercules Cerberum eduxit. [o] Ut  
 olim gigantes.

ODÆ SELECTÆ.

ODE IV. AD THALIARCHUM.

Quem invitat ad hyemem jucundè transigendam.

V Ides, ut altâ stet nive candidum

(a) Soracte, nec jam sustineant onus

[b] Sylvæ laborantes, gelique

Flumina constiterint acuto:

Dissolve frigus, ligna super foco.

Largè reponens, atque benignius

Deproni quadratum Sabinâ, [c]

O Thaliarche, merum (d) diotâ,

Permitte divis cetera: qui simul

Stravere ventos æquore fervido

Depraliantes, nec cupressi.

Nec veteres agitantur orni, (e)

Quid sit futarum cras, fuge querere:

Quem sors dierum cùmque dabit, lucro.

Appone: nec dulces amores

Sperne puer, neque tu choreas.

Donec virenti (f) canities abest

Morosa, nunc & campus, & areæ,

Lenesque sub noctem susurri

Compositâ repetantur horâ.

A 4

ODE

(a) Soracte est Mons Romæ vicinus (b) Ob molem  
nivium incumbentium. (c) Sabini Italæ populi vas  
fidilibus celebres. (d) Vas duabus ansis seu auribus  
instructum. [e] Species progenere ponitur. [f] Diam  
ad huc flores atare & nondum es morosus senex.

## ODE V. AD ARISTIUM FUSCUM.

Arg. *Vir probus ubique securus est.*

**I**nteger vitæ scelerisque purus

**N**on eget Mauri jaculis. [a] nec arcu,

**N**ec venenatis gravidâ sagittis,

*letterari* Fusce, pharetrâ,

Sive per [b] Syrtes iter æstuosas,

Sive facturus per inhospitalēm

[c] Caucasum, vel quæ loca fabulosus

Lambit (d) Hydaspes.

Namque me silva lupus in Sabina,

Dum cano lætas Charites, & ultra

Terminum curis vagor expeditus,

Fugit inclemem.

Quale portentum neque militaris

(e) Daunia in latis alit esculetis,

Nec [f] Jubæ tellus generat, leonum

Arida nutrit.

Pone me, pigris ubi nulla campis

Arbor æstivâ recreatur aurâ:

Quod latus mundi nebulæ, (h) malûsque nalis

Jupiter urget:

Pone

[a] Mauri, Populi Africæ, jaculandi peritissimi.

[b] Sunt vada in mari Lybico, item solitudines Africa, arenis æstuantes. [c] Mons altissimus Scythæ.

[d] Fluvius Indiae [e] Regio est Apuliae. (f) Esculentum locus est Esculus consitus, Esculus species queruum est. (g) Jubæ tellus est Mauritania, in qua regnavit Juba Rex, qui Pompeium contra Cesarem secutus fuit.

[h] Ide gravis & insalubris aer.

ODÆ SELECTÆ.

Pone sub curru nimium propinqui (i) *partes meridies*  
Solis, in terra domibus negata,  
Dulcè ridentes Charites amabo.

Dulcè loquentes.

(i) Sub zona torrida.

ODE VI. AD FOR<sub>T</sub>UNAM.

Arg. Rogat ut servet Cæfarem cum exercitu adversus  
Britannos collecto.

O Diva, gratum quæ regis (a) Antium,  
(b) Præsens vel imo tollere de gradu  
Mortale corpus, vel superbos  
Vertere funeribus triumphos.

(c) Te pauper ambit sollicitâ prece  
Ruris colonus: te dominam æquoris,  
*ille* Quicunque (d) Bithyna lacessit  
Carpathium pelagus carinâ,

Te Dacus asper, te profugi Scythæ,  
Urbésque gentésque & Latium ferox,  
Regumque matres barbarorum, &  
Purpurei metuunt tyranni: (e)

Injurioso ne pede proruas  
Stantem columnam: neu populus frequens  
Ad arma cessantes, ad arma  
Conciter, imperiumque frangat.

A 5

Te

(a) Antium urbs Italiæ, in qua insigne templum for-  
tunæ. (b) Facile omnia potes invertere. (c) Te colit, ut  
agris faveas. (d) Bithinia pars est minoris Asie. Pon-  
tur autem Bithyna navis pro qualibet, sicut Carpathium  
mare pro quolibet. (e) Tyranni pro Regibus.

10 *forhant* H O R A T I I

Te semper antēit sēva necessitas.

Clavos trabales, & cuneos manu

Gestans ahenā: nec severus.

U<sup>n</sup>us abest, liquidūmque plumbum,

Tespes, & ~~ara~~ fides colit

Velata pani, ~~ce~~ comitem abnegat;

U<sup>n</sup>us mutatā potentes

Veste d<sup>o</sup> nos inimica linquis.

At vulgus infidum, & meretrix retro-

Perjura cedit, diffugiunt cadis.

Cum face siccatis amici,

Ferre jugum pariter dolosi.

Serves itutum Cælarem (f) in ultimos.

Orbis Britannos, & juvenum recens.

Examen (g) Eois timendum.

Partibus, Oceanōque rubro.

Eheu! cicatricum, & sceleris pudet,

Fratrumque, quid nos dura refugimus

Aetas? quid intactum nefasti.

Liquimus: unde manus juventus.

Metu Deorum continuit? quibus

Pepercit aris? ô utinam novâ

Incide diffingas reclusum in

(h) Massagetas, Arabasque ferrum.

(f) Britanni censebantur ultimi populi. (g) Intel-

ligit exercitum Parthorum in Oriente, qui Romanos va-

riis cladibus attriverant. (h) Scythis populi.

## ODE VII. AD DELIUM.

Arg. Hortatur, ut jucundè vivat, sive enim mæstus,  
sive jucundus fuerit, certò tamen morietur.

**A**Quam memento rebus in arduis

Setvare mentem: non secus in bonis

Ab

Ab insolenti temperata  
Lætitia; moriture Deli.

Seu mœstus omni tempore vixeris,  
Seu te in temoto gramine per dies

Festos reclinatum bearis

(a) Interiore notâ Falerni,

Quâ pinus ingens, albâque populus,  
Umbram hospitalem consociare amant

Ramis: & obliquo laborat

Lympha fugax trepidare rivo.

Huc vina, & unguenta, & nimium breves

Flores amœnæ ferre jube rosæ:

Dum res & ætas, & fororum (b)

Fila trium patiuntur atra.

Cedes coëmptis saltibus, & domo.

Villâque (c) flavus quām Tiberis lavit:

Cedes, & extructis in altum

Divitiis potietur hæres.

Divisne prisco natus ab (d) Inacho,

Nil interest, an pauper, & infima

De gente sub dio moreris,

Victima nil miserantis Orci.

Omnes eodem cogimur: omnium

Versatur (e) urna: serius, ocyus

Sors.

(a) Falernus mons. Et ager est Campania vini generosi  
ferax, quod solet in loco magis recondito seponi. (b) Par-  
ce erant tres sorores, vita & mortis arbitrae. (c) Flavus  
ob arenas flavi coloris. Olim dicebatur Lavo, lavis, la-  
vit. (d) Primus Rex Archiverum. (e) In urnam sor-  
tes mittebantur.

*cesaliquam* Sors exitura, & nos in æternum

Exilium impositura (f) cymbæ.

(f) *Navis*, quâ Charon devehit animas ad infernos.

### ODE VIII. AD POMPEIUM VARUM.

A Cui gratulatur felicem redditum post civile bellum.

O Sæpe mecum tempus in (a) ultimum  
(b) Deducere, Bruto militiæ duce,  
Quis te redonavit Quiritem

Diis patriis, Italoque cælo,

Pompæi meorum prime sodalium?

Cum quo morantem sæpe diem mero

(c) Fregi, coronatus nitentes,

(d) Malobathro Syrio capillos.

Tecum Philippos, & celarem fugam

Sensi relictâ non bene parmulâ:

(e) Cum fracta virtus, & minaces

Turpe solum tetigere mento.

Sed me per hostes Mercurius celer (f)

Denso paventem sustulit aëre:

Te rursus in bellum (g) resorbens

Unda fretis tulit æstuosis.

Ergo obligatam redde Jovi dapem:

Longaque fessum militiâ latus *cessa à bello*

De-

(a) In extrenum vita discriben. (b) Cum militaremus sub bruto. (c) Tempus transfigi inter pocula. (d) Unguentum pretiosum. (e) Quando viri fortes occubuerunt. (f) Citò & feliciter aufugi. (g) Tu iterum ad bellum es abreptus. Metaphora desumpta à navibus, quas viis tempestatis denuo propellit in mare.

Depone (b) sub lauru mea: nec  
Parce cadis tibi destinatis.

Oblivioso levia (i) Massico *incundè vivit*

Ciboria (k) exple: funde capacibus

Unguenta de (l) conchis, quis udo

Deproperare apio coronas.

Curáte myrto? quem Venus arbitrum

Dicet bibendi? non ego sanius

Bacchabor (m) Edonis: recepto

*Cententia* Dulce mihi futere est amico. *erit ut*

(h) Apud me. Laurus enim est arbor Poëtarum: (i)

Massicum vinum generosum. (k) Genus poculi. [l] Te-

sta unguentaria, quæ vel erant vera conchæ, vel in mo-

dum concharum. [m] Thraces, ab Edone Thracia manse.

### ODE IX. AD VALGIUM.

Arg. Marentem de filii morte consolatur.

N On semper imbræ nubibus hispidos

Manant in agros: aut mare Caspium

Vexant inæquales procellæ

Usque: nec [a] Armeniis in oris

Amice Valgi, stat glacies iners

Menses per omnes: aut Aquilonibus

Querceta [b] Gargani laborant,

Et foliis viduantur [c] ornj.

Tu semper urges flebilibus modis

Mysten ademptum: nec tibi [d] vespere.

Sur-

[a] In Armenia montes præalti, qui diu nivibus ma-  
nent testi. [b] Garganus mons in Apulia. [c] Ornus  
species arboris, ponitur pro genere. [d] Vesperus, stella  
Veneris, cùm Solem præcedit, dasitur Lucifer, cùm seque-  
tur, est vespere.

## H O R A T I I

Surgente, decedunt amores,

Nec rapidum fugiente solem.

At non [e] ter ævo functus amabilem  
ploravit omnes Antilochum senex

Annos: nec impubem parentes

[f] Troilon, aut Phrygiæ sorores

Flevere semper. Desine mollium

Tandem querularum: & potius nova

Cantibus Augusti trophæa

Cæstaris, & [g] rigidum Niphaten,

Medumque flumen gentibus additum

Victis, minores volvere vortices:

Intrâque præscriptum [h] Gelonos

Exquis equitare campis,

[c] Nestor, qui 300. annis vixit, non semper  
deslevit filium suum Antilochum. [f] Troitus Pri-  
ami & Hecuba filius sorores habuit Polyxenam, Cas-  
sandram & Creüsam. Æneæ conjugem. [g] Niphates est  
fluvius Armeniae, Euphrates autem Persiae, qui ponun-  
tur pro Parthis has regiones occupantibus ab Augusto de-  
victis. [h] Coloni sunt populi Scythia, felici Rom. armo-  
rum progressu territi.

## ODE X,

Arg. Dira in arborem, que corruens Horatium pene  
oppresserat.

Ille & nefasto [a] te posuit die

Quicumque primùm, & sacrilegâ manu

Produxit, arbos, in nepotum

Perniciem, opprobriūmque pagi:

Illum

[a] Nefasti dies erant, quibus nefas erat quidquam  
publicæ rei in foro tractare.

Illum & parentis crediderim sui

Fregisse cervicem, & penetralia

Sparsisse nocturno cruore

Hospitis: ille venena [b] Colchica,

Et quicquid usquam concipitur nefas,

Tractavit: agro qui statuit meo.

Te triste lignum, te [c] caducum

In domini caput immerentis,

Quid quisque vitet, nunquam homini satis

Cautum est in horas. Navita [d] Bosphorūm

Pœnus perhorrescit: neque ultra

Cæca timet aliunde fata

Miles sagittas, & celerem fugam

Parthi: catenas Parthus, & Italum

Robur: sed improvisa lethi

Vis rapuit, rapietque gentes.

Quàm penè furvæ regna Proserpinæ,

Et judicantem vidimus [e] Æacum,

Sedésque discretas piorum, &

[f] Æoliis fidibus querentem

Sappho puellis de popularibus,

Et te sonantem plenius aureo

Alcæ, plectro, dura navis,

Dura fugæ mala, dura belli,

Utrinque sacro digna silentio

Miran-

[b] Colchica. Ultima syllaba hujus vocis pertinet ad sequentem versum. Porro Colchis Medæ patria fuit, ferax veneni & veneficarum. [c] Ruinosum & casui proximum. [d] Bosphorus est angustum fretum navigantibus pericolosum. [e] Quàm citò morimur. Proserpina est Uxor Plutonis mortis & vita arbitra. Æacus est unus ex 3, iudicibus infernalibus.

Mirantur umbræ dicere: sed magis  
 Pugnas, & exactos tyrannos  
 Densum humeris babit aure vulgus.  
 Quid mitum, ubi illis carminibus stupens  
 Demittit atras [g] bellua centipes <sup>infestans</sup>  
 Aures: & intorti capillis <sup>clavis</sup>  
~~ad hanc~~ [h] Eumenidum recreantur angues?  
 Quin & Prometheūs, [i] & Pelopis parens  
 Dulci laborum decipitur sono:  
 Nec curat Orion leones,  
 Aut timidas agitare lyncas.

[f] Sappho fuit insignis Poëtria orinunda ex Insula Lesbo Æolicarum Urbium metropoli. Ejus conterraneus fuit Alcaeus. [g] Cerberus, qui propter multiplices serpentes in triplici capite fibilantes, dicitur centiceps. [h] Serpenti furiarum, quæ serpentes habent pro crinibus. [i] Seu Tantalus, cuius uti & Promethei pœna apud inferos sunt vulgo nota.



## ODE XI. AD LICINIUM.

Arg. Monet mediocritatem in omni vita esse optimam, & tutissimam.

**R**ectius vives, Licini, neque altum  
Semper urgendo: neque dum procellas  
Cautus horrescis, nimium premendo

(a) Littus iniquum.

Auream quisquis mediocritatem  
Diligit, tutus caret obsoleti  
Sordibus tecti, caret iavidendâ  
Sobrius aulâ.

(b) Sæpius ventis agitatur ingens  
Pinus; & cœlæ graviore casu  
Decidunt turres: feriuntque summos  
Fulmina montes.

Sperat infestis, metuit secundis  
Alteram sortem bene (c) præparatum  
Pectus. Informes hiemes reducit

Jupiter, idem

Summovet. Non, si male nunc, & olim  
Sic erit: quondam citharâ tacentem  
Suscitat Musam, neque semper arcum

Tendit Apollo.

B

Ribus

(a) Littus à scopulis vel syrtibus periculosum. (b)  
Alta multis infortuniis obnoxia. (c) Animus bene  
institutus. (d) Inter adversa oportet te esse fortis in  
fortuna secunda prudenter moderatum.

Rebus angustis animosus, atque  
Fortis appare: sapienter idem  
Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela.

*Dag.*

## ODE XII. AD POSTHUMUM.

Arg. Amoriendi necessitate probat bonis presentibus esse fruendum.

**E**Heu! fugaces, Posthume, Posthume,  
Labuntur anni: nec pietas moram  
Rugis, & instanti senectæ  
Afferet indomitæque morti.  
Non si tricenis, (a) quotquot eunt dies,  
Anice, places (b) illacrymabilem  
Plutona tauris: qui ter (c) amplum  
Geryonem, (d) Tityonque tristi  
Compescit undâ, scilicet omnibus,  
Quicumque terræ munere velcimur,  
Enavigandâ, sive reges,  
Sive inopes erimus coloni.  
Frustra cruento Marte carebimus,  
Fractisque rauci fluctibus Adriæ;  
Frustra per autumnos rocentem  
Corporibus metuemus Austrum,  
Visendus ater flumine languido

(e)

(a) Quotidie. (b) Quod nullis lacrymis movetur.  
(c) Geryon fuit 3. regnum in Hispania Rex, hinc illi  
triplex corpus in fabulis datur. (d) Tityus portentosa  
magnitudinis gigas.

ODE SELECTÆ.

(e) Cocytus errans, & (f) Danai genus

Infame, damnatúsque longi

(g) Sisyphus Æolides laboris.

Linqienda tellus, & domus, & placens

*ora Iebam*

Uxor: neque harum, quas colis, arborum

Te præter (h) invisas cupressos,

Ulla brevem dominum sequetur.

Absumet hæres Cæciba dignior,

(i) Servata centum clavibus: & inero

Tinget pavimentum superbum,

Pontificum potiore cœnis.

(c) Fluvius infernalis. (f) §o. Danai filia ipsa.

muptiarum nocte sponsos occiderunt, undo apud Inferos

haurienda cribro aquæ inutili & perpetuo labore fati-

gantur. (g) Sisyphus Æoli filius propter infesta La-

trocinia ingens saxum in montis verticem cogitur pro-

pollere fine nullo, quia semper deorsum relabitur. (h)

Cupressus arbor funebris Proserpine dicata, quia se-

mel excisa nunquam renascitur. (i) Vina, qua cunctam

solicite asservas, hæres tuus profundet.

ODE XIII. AD POMPEIUM GROSPHUM.

Arg. Tranquillitatem vitæ sola efficit animi modus  
*ratio.*

(a) O Cium divos rogat in patentि

(b) Prensus Ægeo, simul atra nubes

Condidit Lunam, neque certa fulgent

Sidera nautis.

B 2

(c)

(a) Tranquillam vitam nautæ in tempestatibus. (b)

Prensus per syne open proprehensus,

## 20. HORATII

(c) Ociūm bello furiosa Thrace,  
Ociūm Medi Pharetra decori.

Graſphe, non geminis, neque purpurā ve-  
nale, nec auro.

Non enim gazæ (d) neque consularis  
Summovet lictor miseros tumultus  
Mentis, & curas (e) laqueata circum  
Tecta volantes.

Vivitur parvo bene, cui paternum *panis rationem*  
Splendet in mensa tenui (f) salinum. *quicke rīvī*  
Nec leves soinnoſ timor, (g) aut cupido  
Sordidus aufert.

*nos qui* Quid brevi fortes jaculamur ævo  
*Gravi dōtē* Multa? quid terras (h) alio calentes  
*fors ka* Sole mutamus? patriæ quis exul  
Se quoque fugit?

Scandit (i) æratas vitiosa naves *obris pindique*  
Cura; nec turmas equitum relinquit, *agitamur*  
Ocior cervis, & agente (k) nimbos  
Ocyor Euro.

Lætus in præsens animus, quod ultra est *tranquille*  
Oderit curare: & amara lento *visib.*  
Temperes risu. Nihil est ab omni *ad hūm.*  
Parte beatum. *Iamen*

Ab-

(c) Barbari & belligerantes. (d) Consulem in pub-  
licum prodeuntē stipabant undique lictores, qui popu-  
lam submovebant. (e) Domus, qua laquearibus ope-  
rosè elaboratis sunt exornatae. (f) Sal sufficienter sig-  
nificat victum tenuem. (g) Id est, sordida cupiditas.  
(h) Quibus Sol vel est remotior, ut in Zona frigida, vel  
propinquior, ut in Zona torrida. (i) Naves in prora  
erant munitæ ære. (k) Eurus nubes & pluvias abigit.

Abstulit clarum cito (l) mors Achillem:

Longa (m) Tithonum minuit senectus:

Et mihi forsan, tibi quod negarit,

Porriget hora. *perota habes*

Te greges centum, Siculæque circum

Mugunt vaccæ, tibi tollit hinnitum *bis dives ej.*

Apta quadrigis eqna: re bis Afro *egopaejs. hom*

(n) Murice tintæ

Vestiunt lanæ, mihi parva rura, & *bi dives*

Spiritum Graiae tenuem Camoenæ,

(o) Parca non mendax dedit, & malignum

Spernere vulgus.

[l] Achilles in etate juvenili ex insidiis à Paride  
interfester. [m] Tithonus fuit etate grandevus.

[n] Murex genus conchylium, ex cujas sanguine  
color fiebat purpureus. (o) Fata, quia immutabilia.

## ODE XIV.

Arg. Se suâ licet tenui sorte contentum vivere; dum  
ali de morte nihil cogitantes, nullum edificandi,  
querendi & rapiendi faciant finem.

(a) Non ebur, neque aureum *præceptum*  
Mea renidet in domo lacunar;

Non trabes (b) Hymettiaæ

Premunt columnas ultimâ recisas

B ,

Afri-

[a] Domi meæ nihil pretiosi. (b) Videntur tra-  
bes illæ fuisse ex cedro vel citrō.

Africā : neque [c] Attali

Ignotus hæres regiam occupavi :

Nec (d) Laconicas inihi

Trahunt honestæ purpuræ clientes :

At fides , & ingenî

Benigna vena est : pauperemque dives

Me petit, nihil supra

Deos lacesto : nec [e] potentem amicum

Largiora flagito.

Satis beatus unicis [f] Sabinis.

Truditur dies die : *tempis proteris*

Novæque pergunt interire Lunæ :

Tu secunda marinora

Locas sub ipsum funus , & sepulchri

Immémor fruis domos :

(g) Marisque Baiis obstrepentis urges

Suminovere littora ,

Patum locuples continentे ripa. *brevij deh:*

Quid , quod usque proximos *avar*

Revellis agri terminos : & ultra

Limites clientium

Salis avarus & pellitur paternos,

In sinu ferensi deos

Et uxor , & vir sordidösque natos.

Regum.

(c) Videtur hic fugillare Rom. Senatores , qui  
Attali Regis Rom. populo amicissimi maximam ha-  
reditatem convertebant in Luxum. (d) Prope Te-  
nacrum Laconia Promontorium capiebatur Murex.  
(e) Mecenatem intelligit. (f) In agro Sabino habe-  
bat villam suam. (g) ad Bujas fortis impetu alludeba-  
ter mare.

## ODÆ SELECTÆ.

23

Nulla certior tamen

Rapacis Orci sine destinata

Aula divitem manet

Herum: quid ultra tendis? Æqua tellus

Pauperi recluditur,

Regumque pueris: nec (h) satelles Orci

Callidum [i] Promethea

Revexit auro captus. Hic superbum

Tantulum; atque (k) Tantali

Genus coercet: hic levare functum

Pauperem laboribus.

Vocatus, atque non vocatus audit.

(h) Mars. (i) Prometheus dicitur callidus; ob  
hominem ex luto factum, Ignem solis dolo ablatum.  
[k] Atreus & Thyestes.

## ODE XV. AD MECÆNATEM.

Arg. Promittit sibi & carminibus suis fame immor-  
tatem.

**N**on usitatâ nec tenui ferar  
 Pennâ [a] biforis per liquidum æthera  
 Vates: neque in terris morabor  
 Longius, invidiâque major  
 Urbes relinquam. Non ego pauperum  
 (b) Sanguis parentum: non ego, quem vocas,  
 Dilecte mecænas, obibo: *non maledic*  
 (c) Nec Stygiâ cohíbebor undâ.

B. 4.

Jam

(a) Quia Poeta Lyricus & Satyricus. [b] Pa-  
peribus Parentibus natus. (c) Non morsar.

Jam jam residunt cœtibus asperæ  
 Pelles, & album mutor in (d) alitem  
 Superna : nascunturque leves  
 Per digitos humerosque plumæ.  
 Jam Dædaleo ocyōr [e] Icaro,  
 Visam [f] gementis littora Bosphori,  
 [g] Syrtésque Gætulas (h) canorus  
 Ales, Hyperboreosque campos :  
 Me Colchus, & qui dissimulat metum  
 [i] Marsæ cohortis, Dacus & ultimi  
 Nostent (k) Geloni : me peritus  
 Discet (l) Iber, [m] Rhodanique potor.  
 Absint inani funere nemæ,  
 Luctusque turpes, & querimoniae : lyna : p.  
 Compesce clamorem, ac sepulchri  
 Mitte supervacuos honores.

## ODE

(d) *Cygnus avis candida Apollini sacra*, symbo-  
 lum Poëta Excellentis, ut *Anser malii*. [e] *Icarus*  
*Dedali filius*. (f) *Propter continuos fluctus*. (g)  
*Syrtes prope Lybiam*. (h) *Cygnus à suavicantu*. [i]  
*Marsi Italia populi*, præ reliquis bello asperi. (k) *Ge-  
 loni populi Scythia*. (l) *Hispani*, à fluvio Ibero. (m)  
*Galli*.



## ODE XVI.

Arg. Horatius proponit, se præcepta sapientie carmine lyrico traditurum.

**O** Di (a) profanum vulgus & arceo,  
Favete linguis! carmina non priùs  
Audita. (b) Musarum sacerdos  
Virginibus, puerisque canto.  
Regum timendorum in proprios greges,  
Reges in ipsos imperium est Jovis,  
Clari Giganteo triumpho,  
Cuncta supercilios moventis.  
Est, ut viro vir latius ordinet  
Arbusa sulcis: hic generosior  
Descendat in (c) campum petitor;  
Moribus hic, meliorque famâ  
Contendat: illi turba clientium  
Sit major: [d] æquâ lege necessitas  
Sortitur insignes, & imos.  
Omne capax movet urna nomen.  
[e] Districtus ensis cui super impia

Car-

[a] Plebs parum religiosa & male morata. (b)  
Poëta. [c] Petiteres Magistratum in campum Martium  
descendebat in ueste candida supplices. (d)  
Omnibus moriendum. [e] Al'udit ad Historiam vul-  
gatam de Damocle, qui cum Regem Dionysium præ-  
dicaret beatum & felicem, ab eo invitatus ad pran-  
diū, ubi imminentem capiti gladium vidi ex fila  
pendere, mutavit sententiam, monente Tyranno, se  
simili felicitate esse beatum.

Cervice pendet, non Siculæ dapes

Dulcem elaborabunt saporem,

Non avium, citharæque cantus

Somnum reducent, somnus agrestium

Lenis virorum non humiles domos

Fastidit, umbrasamque ripam,

Non (f) zephyris agitata Tempe,

Desiderantem quod satis est, neque

Tumultuosum sollicitat mare,

Nec sævus (g) Arcturi cadentis

Impetus, aut orientis Hædi:

Non verberatae grandine vineæ.

Fundusque (h) mendax, arbore nunc aquas

Culpante, nunc torrentia agros

Sidera, nunc hyemes iniquas.

Contracta pisces æquora sentiunt

Jactis in alterum molibus, hue frequens

*ad ipsam* Cæmenta demitti redemptor

Cum famulis, dominusque terræ

Fastidiosus; sed timor, & minæ

Scandunt eodem, quò dominus: neque

Decedit æratâ triremi: &

Post equitem sedet atra cura.

Quod si dolentem [i] nec Phrygius lapis,

Nec purpuratum sidere clarior

Deknit usus: nec Falerna

Vitis,

(f) Zephyri venti amoenissimi. (g) Est stella in cauda Ursæ majoris, cuius ortus & occasus excitat tempestates. (h) Qui non respondet labori & exspectationi.

(i) Preciosum marmor eruebatur in Phrygia.

## ODÆ SELECTÆ.

27

Vitis, [k] Achæmeniū inque costam:  
 Cur invidendis postibus, & novo  
 Sublime ritu moliar atrium?  
 Cur [l] valle permutem Sabinā  
 Divitias operosiores?

[k] Unguentum Persicum ab Achamene Persarum  
 Rege. [l] Villam suam in agro Sabino intelligit.

## ODE XVII.

Arg. Juventus Rom, à pueritia parco victui & militari  
 bns laboribus est affacienda.

**A**Ngusta amice pauperiem pati  
 Robustus acri militiâ puer  
 Condiscat: & Parthos feroces  
 Vexet eques metuendus hastâ,  
 Vitâ: nque fab dio, & trepidis agat.  
 In rebus. Illum ex mœnibus hosticis  
 Matrona bellantis tyranni  
 Prospiciens, & adulta virgo  
 Suspireret: Eheu, ne rudis agminum  
 Sponsus lacescat regius asperum  
 Tactu [a] leonem, quem cruenta  
 Per medias agit ira cædes.  
 Dulce, & decorum est pro patria mori.  
 Mors & fugacem persequitur virum,  
 Nec parcit imbellis juventæ  
 Poplitibus, timidoque sergo.

Virtus,

[a] Fortem bellatorem.

Virtus, repulsa nescia sordidæ,

*b)* Intaminatis fulget honoribus;

Nec sumit, aut ponit secures

Arbitrio popularis auræ.

Virtus, recludens imineritis mori

Cœlum, negata tentat iter via,

Cœtusque vulgares, & udam

Spernit humum fugiente pennâ.

*Eft* & fidi tuta silentio

Merces. Vtabo, qui Ceresis sacrum

Vulgârit arcanæ, sub iisdem

Sit (*c*) trabibus, fragilèisque mecum;

Solvat Phaselum, sæpe Diespiter

Neglectus, incesto addidit integrum.

*[d]* Rarò antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna clando.

*(b) Laus virtutis. (c) Sub eodem teſto, vel in eadem navi. (d) Scelerati tandem puniuntur à Deo.*

### O D E X V I I I .

Arg. Pergit Horatius Juventuti Rom. commendare  
iustitiam & fortitudinem.

**J**Ustum [*a*] & tenacem propositi virum,

Non civium ardor prava jubentium,

Non vultus instantis tyranni

Mente quartit solidâ; neque Auster

Dux inquieti turbidus Adriæ,

Nec

*(a) Virtute præditus nihil timet.*

## ODÆ SELECTÆ.

29

Nec fulminantis magna Jovis manus.

Si fractus illabatur Orbis,

Impavidum ferient ruinæ.

Hac arte pollux & vagus Hercules

Innixus, [b] arces attigit igneas:

Quos inter Augustus recumbens

Purpureo bibet ore nectar.

Hac te merentem Bacche pater, tuæ

Vexere [c] tigres, indocili jugum

Collo trahentes, hac Quirinus

Martis equis [d] Acheronta fugit.

Gratum eloquutâ consiliantibus

Junone divis. Ilion; Ilion

[e] Fatalis, incestusque judex,

Et mulier peregrina vertit

In pulverem, ex quo destituit deos,

Mercede pactâ [f] Laomedon, mihi,

Castæque damnatum Minervæ

Cum populo, & duce fraudulentio.

(g) Jam nec Lacænæ splendet adulteræ

Famosus hospes; nec Priami domus

Perjura, pugnaces Achivos

Hectoreis opibus refringit:

Nostrisque ductum seditionibus

Bellum resedit: pratinus & graves

Iras.

[b] Cælum. [c] Currus Bacchi trahitur à tigribus. [d] Romulus obtinuit immortalitatem. [e] Paris ob raptam Helenam fuit causa belli Sexcidii Trojanæ.

[f] Laomedon Rex Troja ob pactam mercudem Neptuno & Apollini non persolntam ab iis occisus. [g] Paris violato hospitiij jure rapuit Helenam ex urbe Spartana.

Iras, & invisum (*b*) nepotem.

Troica quem peperit sacerdos,  
Marti redonabo, illum ego lucidas  
Initi sedes, ducere nectaris

Succos, & adscribi quietis *andolumas*

Ordinibus patiar deorum, *Junii*  
Dum longus inter saeviat Ilion.

Romamque pontus: qualibet exul s

In parte (*i*) regnanto beari:

Dum (*k*) Priami Paridisque busto  
Insultet armentum, & oculos feræ  
Celer inulta: stet Capitolium

Fulgens, (*l*) triumphatisque possit

Roma ferox dare jura Medis.

Horrenda latè nomen in ultimas

Extendat oras: (*m*) quæ medius liquor  
Secernit Europen ab Afro:

Quæ tumidus rigat arva Nilus:

Autum irreptum, & sic melius situm,

Cum terra celat, spernere fortior,

Quâmi cogere humanos in usus.

Omne sacrum rapiente dextrâ,

Quicunque mundo terminus obstitit,

Hunc tangat armis, vitere gestiens,

*Zona* Qua parte debacchentur ignes, *Tonido*

*Zona* Qua nebulæ, pluviique rores *fugio*

Sed

[*h*] Romulum Junonis nepotem ex Marte hujus filio: invisum, quod ex matre Trojana & Vestali Virgine Rhea esset natus. [*i*] Regnent. [*k*] Modo Priami & Paridis tumuli maneant speluncæ ferarum. [*l*] Roma toto Orbe triumphet. [*m*] Mare Mediterraneum.

Sed bellicosis fata (n) Quiritibus  
Hac lege dico: ne nimium pii,  
Rebusque fidentes, avitæ

Tecta velint reparare Trojæ,  
Trojæ renascens [o] alite lugubri  
Fortuna tristi clade iterabitur,  
Ducente viætrices catervas

Conjuge me Jovis, & sorore,  
Ter si resurgat nurus aheneus  
[p] Auctore Phœbo: ter pereat meis  
Excisus Argivis: ter uxor

Capta virum, puerosque ploret.  
[q] Non hæc jocosæ conveniunt lyæ,  
Quò Musa tendis? define pervicax,  
Referre sermones deorum, &  
Magna modis tenuare parvis.

[n] Romani à Quirino seu Romulo. [o] Infelix  
omine. [p] Mænia urbis Trojane exstruerat Apollo,  
[q] Correctio.

## ODE XIX. AD CALLIOOPEN.

Arg. Commemorat Musarum erga se beneficia.  
D Escende cælo, & dic, age, tibiâ  
[a] Regina longum Galliope melos:  
Seu voce nunc mavis acutâ,  
Seu fidibus, citharâve Phœbi,  
Auditis? an me ludit amabilis  
Insania? audire, & videor piros  
Errate per lucos; amœnæ  
Quos & aquæ subeunt & auræ;

Me

[a] Calliope Musarum præstantissima.

Me fabulosæ [b] Vulture in Appulo,  
 [c] Altricis extra limen Apuliæ,

Ludo, fatigatūmque somno

Fronde novâ puerum palumbes

Texere : mirum quod foret omnibus.

Quicunque [d] cellæ nidum Acherontiæ,

Saltusque Bantinos : & arvum

Pingue tenent humilis Ferenti:

Ut tuto ab atris corpore viperis

Dormirem, & ursis : ut premeret sacra

Lauróque, collatáque myrto,

Non sine Dñis animosus infans.

Vester, Camœnæ, vester, in arduos

Tollor Sabinos: seu mihi frigidum [e]

Præneste, seu Tibur supinum,

Seu liquidum placuere [f] Baixæ.

Vestrīs amicūrā fontibus & choris,

Non me [g] Philippis versa acies retro,

[h] Devota non extinxit arbos,

Nec Siculâ [i] Palinurus undâ.

Utcumque mecum vos eritis, libens

Insanientem navita Bosphorum

Ten.

[b] *Vultur mons Apuliae Ulterioris.* (c) *Venusium patriæ Horatii oppidum, Apulia Citerioris.* (d) *Di-versa loca Apulia.* (e) *Præneste urbs in edito monte sita; unde & frigida. Tibur in colle declivi positum.* (f) *Ad Bajas erant plurima balnea.* (g) *Prope Philippos cæsus fuit Brutus, sub quo militavit Horatius.* (h) *Arbor execrabilis.* (i) *Præmonitorium Italiae, ad quod periculum vitæ incurrit Horatius: nomen accepit à Pa-linore & Enænavarcho ibidem olim submerso.*

Tentabo, & arentes arenas  
 Littoris Alsyrii viator,  
 Visam Britannos hospitibus feros.  
 Et lætum equino sanguine [k] Concanum,  
 Visam pharetratos Gelonos,  
 Et Scythicum inviolatus [l] amnem,  
 Vos Cæsarem altum, militiâ simul  
 Fessas cohortes abdidit oppidis,  
 Finire quarentem labores,  
 Pierio recreatis antro.  
 Vos lene consilium & datis, & dato  
 Gaudetis almæ. Scimus ut impios  
 [m] Titanas, immanemque turram  
 Fulmine sustulerit caduco,  
 [n] Qui terram inertem, qui mare temperat  
 Ventosum, & urbes, regnâque tristia,  
 Divosque, mortalésque turmas  
 Imperio regit unus æquo.  
 Magnum illa terrorem intulerat Jovi,  
 Fidens, juventus horrida, brachiis,  
 Fratresque tendentes opaco  
 [o] Pelion imposuisse olympos.  
 Sed quid Tiphœus, & validus Mimas,  
 Aut quid minaci Porphyriou statu,  
 Quid Rhœtus, evulsisque truncis  
 Enceladus jaculator audax

C

Contra

[k] Cantabri, qui more Scytharum bibebant san-  
 guinem equinum. [l] Tanais fluvius, qui Europam  
 dividit ab Asia. [m] Gigantes Titanis & Terra filii.  
 [n] Deus. [o] Nomina Gigantum, qui nihil potue-  
 runt contra Divos.

Contra sonantem Palladis [p] ægida

Poscent ruentes? hinc avidus sterit

Vulcanus : hinc matrona Juno &

Nunquam humeris [q] positurus arcum,

Qui rore puro Castaliæ lavat

Crines solutos : qui Lyciæ tenet

Dumeta natalémque silvam

[r] Delius & Patareus Apollo,

Vis consilii experts mole ruit suâ.

Vim temperatam dñi quoque prœvehunt

In majus : iidem odere vires

Omne nefas animo moventes.

[s] Testis mearum centimanus Gygas

Sententiarum notus, & integræ

Tentator [t] Orion Dianæ

Virgineâ doinitus sagittâ,

Injecta monstris Terra dolet suis :

Mœrètque partus fulmine lúcidum

Missos ad Orcum : nec peredit

Impositam celer ignis Aetnam :

Incontinentis nec Tityi jecur

Relinquit ales, nequitiæ additus

Custos: amatorem trecentæ

Pirithoum cohibent catenæ,

ODE

[p] Palladis clypeus. [q] Apollo præfes Musarum.

[r] Qui à Delo Insula, in qua natus dicitur Delius,

& ab Urbe Lycia Patara, in qua per sex menses hi-

bernos dabat responsa, dicitur Patareus. [s] Scétera-

tis à Deo puniuntur. [t] De Orione Poëta non conve-

niant.

## ODE XX. AD MECÆNATEM.

Arg. Invitat ad sacrificium & epulas, quas soſpicio  
ratori Baccho promiserat.

(a) Martis cælebs quid agam Kalendis:  
Quid velint flores, & acerra thura  
Plena, mitaris: positusque carbo in  
Cespite vivo.

(b) Docte sermones utriusque linguae:  
Voveram dulces epulas, & album  
Libero caprum, propè funeratus  
Arboris iectu.

Hic dies anno redeunte festus,

(c) Corticem astrictum pice dimovebit  
Amphoræ (d) fumum bibere instituit  
(e) Consule Tullo.

Sume, Mecænas, cyathos amici  
Sospitis centum, & vigiles lucernas  
Petfer in lucem procul omnis esto  
Clamor, & ira.

C &

[f]

(a) Calenda Martia magna curâ celebrabantur à  
Romanis in honorem Junonis maxime à conjugatis.

(b) Mecænas erat Græcè & Latine doctus. (c) Vasa,  
in quibus asservabatur vinum, pice occludebantur.

(d) Ad vina maturanda Romani cados, quibus inclu-  
debatur vinum, solebant fumarii imponere. (e) An-  
no urbis 678. quo Valentius Tullus fuit Consul, cre-  
verat vinum generosum, unde per hyperbolēn pro vino  
generoso & vetusto ponitur.

(f) Mitte civiles super urbe curas;  
 (g) Occidit Daci Cotilonis aginæ;  
 (h) Medus infestus sibi luctuosus  
 Dissidet armis.

(i) Servit Hispanæ vetus hostis oræ  
 Cantaber, serâ domitus catenâ:  
 Jam Scythæ laxo meditantur arcu,  
 Cedere campis,  
 Negligens, ne qua populus laboret,  
 Parce privatus nimium cavere, &  
 Dona præsentis rape latus horæ, ac  
 Linquæ sevetæ.

(f) Mecenas absente Augusto fuerat Urbis præfe-  
 tus; eo post bellum Cantabricum reduce poterat à cu-  
 ris civilibus quiescere. (g) Cotison Dacia Rex fue-  
 rat à Romanis casus. (h) Parthi inter se dissidebant,  
 Tyridores enim rebellaverat contra Phraaten Regem.  
 (i) Difficili trium annorum bello Cantabri fuerunt de-  
 victi.

### ODE XXI. AD MECÆNATEM.

Arg. Propositis divitiarum commodis & incomme-  
 diis multò majoribus concludit quemque debere esse  
 paucis contentum.

(a) Inclusam Danaen turris ahenea  
 Robustæque fores, & vigilum canum  
 Tristes excubiae munierant satis  
 Nocturnis ab adulteris;

(2) Danae à Patre Acrisio Argivorum Rege turri  
 fuerat inclusa, quod ab oraculo accepisset se occiden-  
 dum esse ab eo quem Danae filia peperisset; sed à Jove  
 in aurei imbris speciem conversu compressa Perscum  
 peperit, quæ avum occidit.

Si non Acrisium, virginis abditæ  
Custodem pavidum, Jupiter, & Venus  
Risissent: fore enim tutum iter, & patens  
Converso in pretium Deo.

Aurum per medios ire satellitos,  
Et per rumpere amat saxa, potentijs  
Istu fulmineo, concidit auguris

(b) Argivi domus, ob luxuria  
Demersa excidio, diffidit urbium.  
Portas (c) vir Macedo, & subruit æmulos  
Reges muneribus: munera navium

Sævæ illaqueant duces,  
Crescentem sequitur cura pecuniam,  
Majorumque fames: jure perhorruis  
Latè conspicuum tollere verticem,

Mecænas, equitum decus,  
Quanto quisque sibi plura negaverit,  
A Diis plura feret; nil cupientium  
Nudus castra peto: & transfuga, divitium

Partes linquere gestio,  
Contemptæ dominus splendidior rei,  
Quam si, quicquid arat (d) impiger Apulus,  
Occultare meis diceret horreis,

Magnas inter opes inops.  
Putæ rivus aquæ, silvæque jugerum  
Paucorum, & segetis certa fides meæ,

## C 3.

Ful-

(b) Amphiarans Vates & augur peritissimus, cum  
in bello Thebano se moriturno prævideret, domi la-  
mit, à propria uxore proditus est accepta monili aurea.  
(c) philippus Rex Macedonia plurimas Urbes Gracie  
occupavit per preditionem primoribus auro emptis. (d)  
Apulia frumenti in primis ferax.

Fulgentem imperio fertilis (e) Africa  
Fallit sorte beatior.

Quanquam nec Calabriæ mella ferunt apes,  
Nec (f) Læstrygonia Bacchus in amphora  
(g) Languescit mihi, nec pinguis Gallicis  
Crescunt vellera pascuis:

Importuna rāmen pauperies abest:  
(h) Nec, si plura velim, tu dare deneges.  
(i) Contracto melius parva cupidine

Vestigalia portigam,  
Quām si Mydoniis regnum (k) Alyattici  
Campiscontinet. Multa petentibus  
Sunt multa bēne est, cui Deus obtulit  
Parcā, quod satis est, manu.

(e) Uti & Africa. (f) Id est, Formiana se dicta,  
quod Læstrigones in Italiā appulsi considerint For-  
mis in Campania, ubi optimum vinum crescebat. (g)  
Id est, senescit propter copiam. (h) Tangit munificen-  
tiam Mecenatus erga se, qui paratus erat dare Horati-  
o, quacunque desiderasset. (i) Melius opes amplifica-  
bo cupiditate coercitā, ubi cupido pro cupiditate. (k)  
Cræsus Regum ditissimus à parente Alyatto dicunt.  
Alyatticus.

## ODE XXII. IN AVAROS DIVITES,

Arg. Ex divitiarum cupiditate sceleramnia pro-  
manant.

**I**ntactis opulentior

Thesauris Arabum, & divitis Indiae,

(a) Cæmentis licet occupies

Tyrrenum omnē quis, & mare Apulicum

(a) Id est adieciis ad utriusque maris, Adriaci &  
Mediterranei, littore construitis.

Si figit [b] adamantinos

Suumis verticibus dira necessitas

Clavos: non animum metu,

Non mortis laqueis expedes. [c] caput.

[d] Campestres melius Scythæ,

Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,

Vivunt, & rigidi Getæ:

Immetata quibus jugera liberas

Frages, & Cerezem ferunt:

[e] Nec cultura placet longior annus;

Defunctumque laboribus

Aequali recreat forte vicarius.

Illic matre carentibus

Privatis mulier temperat innocens:

Nec dotata regit virum

Conjux, nec nitido fidit adultero.

Dos est magna, parentium,

Virtus, & metuens alterius viri

Certo fœdere castitas:

Et peccare nefas, aut pretium est mortis

O, quisquis volet impias

Cedes, aut rabiem tollere civicas:

Si queret, pater uabium

Subscribi statuis, indomitam audet

Refrenare licentiam:

Clarus [f] postgenitis: quatenus, heu nefas,

Virtutem incolunem oditans:

C 4

Subla-

[b] Sen diximus. [c] Non te liberabis ipsa mor-

te. [d] Quia non habitant in urbibus, nec in domibus,

sed in planis, uereres & protas secura vehunt. [c]

Non colunt agros nostra aram. [f] Claras apud po-

lleros.

Sublatam ex oculis querimus invidi.  
 Quid tristes querimoniæ,  
 Si non suppicio culpa reciditur?  
 Quid leges sine moribus  
 Vanæ proficiunt; si [g] neque servidie  
 Pars inclusa caloribus  
 Mundi, nec Boreæ finitimum latus,  
 Duratæque solo nives  
 Mercatorem abigunt? horrida callidi  
 Vincunt æquora navitæ?  
 Magnum pauperies opprobrium, jubet  
 Quidvis & facere & pati:  
 Virtutisque viam deserit arduæ.  
 Vel nos in Capitolium,  
 Quò clamor vocat & turba faventum:  
 Vel nos in mare proximum  
 Gemmas, & lapides, aurum & inutile,  
 Summi materia in malo,  
 Mittamus, scelerum si bene pœnitet,  
 Eradenda (h) cupidinis  
 Pravi sunt elementa: & teneræ nimis  
 Mentes asperioribus  
 Formandæ studiis, nescit equo rudis.  
 Hærere ingenuus puer:  
 Venarique timet, ludere doctior,  
 Seu Græco jubeas trocho,  
 Seu multis (i) vetitâ legibus alea.

(g) Nulla incommoda deterrent mercatorem. (h)  
 Cupiditatis. (i) Alearum lusus lege Corneliam, Titian  
 Crateras vetitæ.

Cum perjura patris fides  
 Consortem socium fallat, & hospitem;  
 Indignoque pecuniam  
 Hæredi (k) properet: scilicet (l) improbae  
 Crescunt divitiae, tanien,  
 Curæ nescio, quid semper abest rei.

(k) Properè & studiōsè conquirat. (l) Quia faciunt homines improbos.

## ODE XXIII. AD JULUM ANTONIUM.

Arg. *Iulus Antonius hortatus est Floratum, ut, qui latona lyra esset Pindarus, magnifico aliquo Carmine Augusti victoriam & redditum celebraret;*  
*hac Ode autem Horatius excusat tenuitatem.*

(a) *Pladarum quisquis studet æmulari,*  
*Jule, ceratis ape (b) Dædalea.*  
*Nititur pennis, vitro datus*  
*Nomina Ponto.*  
*Monte decurrens velut amnis, imbris*  
*Quem super notas aluere ripas,*

C 5

Feruē.

(a) *Imitari Pindarum est difficile & periculosum.*  
*Euit Pindarus poëta Thebanus, Lyricorum apud Græcos Princeps, tanti nominis, ut Alexander Magnus, dum Thebas everteret, & in omnes desaviret absque discrimine, unius Pindari familia parci iussicerit.* (b)  
*Icarus Dædali filius, dum pennis ex cera factis tentans volare, decidat in mare, quod ab ipso dictum est Icarium.*

H O R A T I I

Fervet, immensusque ruit profundo.

(c) Pindarus ore.

Laurea donans (d) Apollinari,  
Seu per audaces nova (e) dithyrambos,  
Verba devolvit, numerisque fertur

Lege solutis :

Seu Deos, regesque canit, deorum  
Sanguinem, per quos cecidere justa  
Morte. (f) Centauri : cecidit tremenda

Flamma (g) Chimæra :

Sive, quæs (h) Elea domum reducit  
Palma cælestes, pugilémvæ, equumvæ :  
Dicit : & centum posioce signis

Munere donat :

Flebili sponsæ juvenemve raptum  
Plorat, & vires, animumque morésque  
Aureos educit in astra, nigróque

Invidet Orco.

Multa (i) Diræcum levat aura cycnum,

Tendit

(c) Carmen Pindari fuit magnifica rerum &  
verborum apparatu instar fluvii rapacis. [d] Seu  
Delphica, de qua paulò ante. (e) Est Dithyrambus  
Poësis quædam, Bacchi laudes continens, numero pe-  
dum libero, & verbis insolentibus constans. [f] Cen-  
tauri Thessalia populi, qui primi equos domare & ex-  
iis pugnare cœperunt, unde factum, ut ex media  
parte homines, & ex media Equi fingerentur. (g)  
Monstrum triplex & flammivomum, quod feliciter  
devicit Bellerophon. (h) Victoria reportata lycis olym-  
picis, qui habebantur in Elide urbe Peloponensi luctu  
& pugna, vel cursu. (i) Pindarum à Diræ fome  
Thebano.

Tendit, Antoni, quoties in altos  
Nubium tractus; ego. (k) apis Marinas  
Mōre, modōque

Grata carpentis thyma per laborem  
[l] Pluriūnum, circa nemus, uidiique  
Tiburis ripas, operosa parvus  
Carmina fingo.

Concines majore poëta plectro  
Cæsarem, quandoque trahet feroces  
(m) Per sacrum clivum, [n] meritâ decorus  
Fronde, Sicambros:

Quo nihil majus, meliusve terris  
Fata donavere, bonique divi;  
Nec dabunt, quamvis redeant in [o] aurum

Tempora priscum,

Concines latosque dies, & urbis  
Publicum ludum, super impetrato  
Fortis Augusti redditu, forūque  
Litibus orbum.

Tum meæ, si quid loquar audiendum,  
Vocis accedet bona pars: &, ô Sol  
Pulcher, ô laudande canam recepero

Cæsare felix,

Tuque dum (p) procedis, iô triumpho.  
Non semel dicemus, iô triumpho,  
Civitas omnis, dabimusque divis

Thura benignis.

Tē

[k] Attiviss mons Calabria apium & mellis ferax. (l) Exhibit hic suam tenuitatem Horatius. [m] In Capitolum. (n) Luureanus. (o) Quamvis redeant aurea facula. (p) Dum sumit comitatus Augustum.

Te decem tauri, totidemque vaccar,  
 Me tener solvet vitulus relictâ  
 Matre, qui largis juvenescit herbis  
 In mea vota;  
 Fronte curvatos imitatus ignes  
 Tertium lunæ referentis ottum,  
 Quo notam duxit niveus videri,  
 Cætera fulvus.

## O D E XXIV.

Arg. Occasione Drusi, qui Rhætos & Vindelicos Germania populos devicerat, excurrit in landes familiæ Claudiæ, ex qua oriundus erat Drusus.

(a) **Q**ualem ministrum fulminis (b) alitem,  
 Cuī rex Deorum regnum in aves vagas  
 Permisit, expertus fidelem  
 Jupiter in [c] Ganymede flavo;  
 Olim juventus & patrius vigor  
 Nido laborum protulit inscium:  
 Vernique, jam nimbis remotis,  
 Insolitos docuere nisus  
 Venti paventem: mox in ovilia  
 Demisit hostem vividus impetus

Nunc

(a) Aquila, Regina avium, Jovis ministrare fulmina singebatur, ejus magnanimitas pluribus describitur. [b] Drusus fortitudo laudatur à similitudine aquila & leonis. (c) Ganymedes Regis Trois filius puer elegantissimus, quem aquila ex Ida monte, dum ibi varetur, in Celum sustulit, ut Jovis esset à pugna.

Nunc in reluctantantes dracones  
Egit amor dapis, atque pugnæ:  
Qualémve lœtis caprea pascuis  
Intenta, fulvæ matris ab ubere  
    Jam lacte depulsum leonem

Dente novo peritura vidit:  
Vidèr[et] Rhæti bella sub Alpibus  
Drusum gerentem, (e) Vindelici, quibus  
Mos unde deductus per omne

Tempus Amazoniâ securi  
Dextras obarmet, querere distuli:  
Nec scire fas est omnia: sed diu

Latéque victrices catervæ  
    Consiliis (f) juvenis revictæ

Sensere quid mens ritè, quid indoles  
Nattrita faustis sub penetralibus

Posset, quid Augusti paternus.

In (g) pueros animus Nerones,  
(h) Fortes creantur fortibus: & bonis  
Est in juvencis, est in equis pattunt

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerant aquilæ columbam.

Doctri-

(d) Rhæti sunt Alpium incolæ, modò Grisones  
Tridentinos, Tirolenses, & vallem Tellinam complexi.  
(e) Vindelicet Bavarios & Shevos comprehendunt.

[f] Drusi, quia erat etiamnum aetate juvenis. [g]  
Tiberium & Drusum filios Tiberii cognomento Nero-  
nis ex Livia, quam secundis nuptiis duxerat Augu-  
stus, Drusum prasertim, non modò propter fortitudinem,  
sed etiam quod apud Augustum natus esset.

(h) Qualis pater, tales filii.

Doctrina sed vim prouovet insitam,  
Rectique cultus pectora roborant.

Urcumque defecere mores,

Dedecorant bene nata culpæ.

Quid debeas, ô Roma, (i) Neronibus,  
Testis Metaurum flumen : & Asdrubal

Devictis, & pulcher fugatis

Ille dies Latio tenebris,

Qui primus alma risit [k] adorea :

(l) Dirus per urbes (m) Afer ut Italas,

Ceu flamma per rædas, vel Eurus

Per Siculas equitavit undas.

Post hoc secundis usque laboribus

Romana pubes crevit & impio

Vastata Pœnorum tumultu

Fana Deos habuere rectos,

Dixitque tandem perfidus Annibal :

Cervi luporum præda rapacium

Sectamur ultro, quos optimus

Fallere & fugere est triumphus.

Gens, quæ cremato fortis ab Ilio,

Jactata [n] Tuscis æquoribus sacra

Næ-

(i) Intelligit Claudiu[m] Neronem, qui anno 546.  
ad Metaurum fluvium profligavit Asdrubalem fra-  
tri suo Annibali suppetias 5600 ferentem, à quo die  
lapso Romani cœperunt melius habere. (k) Adorea  
seu frumenta genus, quo ubi abundabant veteres, pu-  
tabant se felices. Unde & hic sumitur pro publica  
felicitate ut causa pro effectu. [l] Annibal infesti-  
mns Rom. hostis, qui præcipiti fuga ex Italia se sub-  
duxit. [m] Citò à pulchro simili. (n) Italas

Natosque maturosque patres  
Perculit ~~S~~usonias ad urbes.  
(o) Durus ut ilex tonsa bipennibus  
Nigræ feraci frondis in Algido  
Per damna , per cædes ab ipso  
Dicit opes, animumque ferro,  
Non Hydra seculo corpore firmior  
Vinci dolentem crevit in Herculem ,  
Monstrumve summisere [p] Colchii  
Majus [q] Echioniæve Thebae.  
Merges profundo, pulchrior evenit ;  
Luctere, multa proruet integrum  
Cum laude victorem, geretque  
Prælia (r) conjugibus loquenda.  
Carthagini jam non ego nuncios  
Mittam superbos : occidit, occidit  
Spes omnis, & fortuna nostri  
Nominis [s] Asdrubale interempto.  
Nil Claudiæ non (t) perficiunt manus ,  
Quas & benigno numine Jupiter,  
Defendit, & turæ sagaces  
Expediunt [u] per acuta bellæ.

## ODE

(o) Ex damnis fit opulentior. (p) Colchis ferac  
veneni & monstrorum , ubi natæ est trivenefica Me-  
dea. (q) Theba condita ab Echione genero Cadmi.  
(r) Fœminæ uxore logiaces & plerumque otiosæ , si  
quid simile suis contingat , sapientiæ solent narrare. [s]  
Asdrubal in memorato prælio fuit interemptus. (t)  
Omnia efficiunt Claudi. [u] Bella , quæ ob difficult-  
atem requirunt singulas ducum curas, & animos sa-  
gaces.

## ODE XXV. AD MANLIUM TORQUATUM.

Arg. *Suadet Manlio, ut bonis fruatur, dum licet.*

**D**ifflugere nives: redeunt jain gramina campis,  
Arboribusque comæ.  
Mutat terra vices: & decrescentia ripas  
Flumina prætereunt.  
Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet  
Ducere nuda choros.  
Immortalia ne speres, monet annus, & alnum  
Quæ rapit hora diem.  
Frigora mitescunt zephyris: ver protetit æstas  
Interitura: simul  
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox  
Bruma recurrit iners.  
Damna tamen celeres reparent cælestia Lunæ:  
Nos tibi decidimus.  
Què (a) pius Æneas, quò [b] Tullus dives, &  
Ancus?  
Pulvis & umbra sumus.  
Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina sumamæ  
Tempora Dii superi?  
Cuncta manus avidas fugient hærodis, amico  
Quæ dederis animo.

Cum

(a) A pietate in parentem Anchisen, quem senio  
decrepitum humeris suis deportavit ex incendio Tro-  
jano. [b] Rom. Reges ditissimi.

Cum semel occideris, & de te splendida (c) Minos

Fecerit arbitria:

Non Torquate, genus, non te facundia, non te  
Restituet pietas.

Infernus neque enim tenebris Diana (d) pudicula  
Liberat Hippolitum:

Nec Lethæa valet Theseus abrumpere caro  
Vincula (e) Pirithoo.

[c] Minos Judex infernalis, de capite illustri non  
potest ferri obscura sententia. [d] Ab intorrupta ca-  
stitate celebris; unde & Diana fuit imprimis carus.  
[e] Theseus & Pirithous fuerunt amici individui.

## ODE XXVI. AD MARCIUM CENSORINUM.

Arg. Offert ei sua carmina, quibus nihil potentius  
ad aeternitatem nominis.

**D**onarem pateras, grataque (a) commodus  
Censorine, (b) meis æra sodalibus  
Donarema tripodas, præmia fortium  
Grajorum: neque tu pessima munerum  
Ferres, divite me scilicet artium,  
Quas aut (c) Parthasius protulit, aut Scopas.  
Hic saxo, liquidis ille coloribus  
Solers nunc hominem ponere, nunc Deum,  
Sed non hæc mihi vis: non tibi talium

D

Res

[a] Facturus rem commodam. [b] Scilicet Poëtis,  
qui plerumque inopes ea sibi donari malunt, que ad vi-  
tam sunt utilia. [c] Parthasius nobilis sculptor, Sco-  
pas insignis pictor.

## 50 H O R A T I I

Res est, aut animus deliciarum egens.  
 Gaudes carminibus: carmina possumus  
 Donare, & pretium dicere muneris:  
 Non incisa notis marinora publicis.  
 Per quæ spiritus & vita redit bonis  
 Post mortem ducibus: non celeres fugæ,  
 Rejectæque retrorsum (*a*) Annibalis minæ,  
 Non incendia (*e*) Carthaginis impiæ,  
 Ejus, qui domitâ nomen ab Africâ  
 Lucratus tediit, clariūs indicant  
 Laudes, quam (*f*) Calabræ Pierides: neque  
 Si chartæ sileant, quod bene feceris,  
 Mercedem tuleris. Quid foret (*g*) Iliæ  
 Mavortisque puer, si taciturnitas  
 Obstaret meritis invida Romuli?  
 Ereptum Stygiis fluctibus (*h*) Æacum  
 Virtus, & favor, & lingua potentium  
 Vatum, divitibus consecrat insulis.  
 (*i*) Dignum laude vitum Musa vetat mori:  
 Cælo Musa beat: sic Jovis interest  
 Optatis epulis impiger Hercules:

Clarum

[d] Annibal post cædem Asdrubalis fratri subduxit se ex Italia. [e] Quia pacem cum Romanis intam, & juramento firmatam non semel perjura infregit. [f] Carmina Enni ex Calabria oriundi. [g] Remulus filius Martis ex Ilia. [h] Æacus Jovis filius, ob insignem justitiæ amorem præpositus judiciorum in campus Elysii. [i] Per carmina celebrantur Hercules, item Castor & Pollux Tindari filii. Item Bacehus, qui non crederentur fuisse tales, nisi de sis cecinissent Poëtæ.

ODÆ SELECTÆ.

51

Clarum Tyndaridæ sidus , ab infimis  
Quassas eripiunt æquoribus rates.  
Ornatus viridi tempora pampino  
Liber, vota bonos dicit ad exitus.

ODE XXVII. AD VIRGILIJUM.

Arg. Eum invitat ad haustum vini optimi , <sup>ea</sup>  
conditione, ut ipse unguentum nardinum afferat.

(a) **I** Am Veris comites, quæ mare temperant,  
[b] Impellunt animæ lintia Thracie :  
Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt  
Hybernâ nive targidi.  
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,  
(c) Infelix avis, & (d) Cectopiæ domûs  
Æternum opprobrium, quòd malè barbara  
Regum est ulta libidines.  
Dicunt in tenuo gramine, pinguium  
Custodes ovium carmina fistulâ :  
Delectantque (e) Deum, cui pecus, & nigri  
Colles Arcadiæ placent.

D 2

(g) Ad-

[a] Veris descriptio. [b] Zephyri, qui spirant ab  
occasu æquinoctiali. [c] Hirundo, quæ fuit Progne  
Pandionis Regis Athenarum filia, & uxor Terei.  
Hæc indignata vim Philomela sorori suæ à Thereo il-  
latam, Ithi filium, quem ex illo suscepserat, interfecit,  
eique epulandum apposuit. Demum mutata est in hi-  
rundinem. [d] Familia Regia apud Athenienses,  
quorum Rex primus fuit Cecrops. [e] Pan Pastorum  
Deus in Arcadia maximè cultus.

(f) Adduxere sitim tempora, Virgili:  
Sed pressum (g) Calibus ducere Liberum  
Si gestis, juvenum nobilium cliens,

Nardo vina merebere.

Nerdi (h) parvus onyx elicit cadum,  
Qui nunc Sulpiciis occubat (i) horreis:  
Spes donare novas largus, amaraque  
Curarum cluere efficax.

Ad quæ si properas gaudia, cum tua  
Velox merce veni, non ego te meis  
Innumem meditor tingere poculis,

Plena dives ut in domo.

Verum pone moras, & studiū lucri:

(k) Nigrorumque memor, dum licet, ignium,  
Milce stultitiam consiliis brevem:

Dulce est despere in loco.

ODE

(f) Sive quod Romæ etiam in vere sit calidum, sive  
quod sitis sit collecta ex tota die, quod instet hora cœne,  
sive quod ver omnia exhilarans invitet ad compota-  
tiones. (g) Sunt Italiae populi prope Falernos & Massi-  
cos, unde vinum Calenum. (h) Nardus unguenti ge-  
nus; pyxides autem unguentaria communiter erant  
ex Onyche, hinc passim dicebantur Onyches. (i) Hor-  
rea dicuntur etiam cellæ vinariae, quales Sulpitius Gal-  
ba optimas Romæ habuit. (k) Rogi funerales, in qui-  
bus comburebantur mortuorum cadavera.

\* \* .

## ODE XXVIII.

Arg. Prosequitur laudes Augusti, quem unum affirmat publicæ felicitatis authorem.

Phœbus volentein præmia me loqui,  
Victas & urbes, (a) increpuit lyrâ :  
    Ne parva Thyrrenum per æquor  
        Vela darem. Tua, Cæsar, ætas  
Fruges & agris retulit uberes.  
Et (b) signa nostro restituit Jovi,  
    Direpta Parthorum superbis  
        Postibus : & vacuum duellis  
(c) Janum Quiriti clausit : & ordinem  
Rectum, evaganti frena licentiae  
    Injecit, emovitque culpas,  
        Et veteres revocavit artes.  
Per quas Latinum nomen, & Italæ  
Creyere vires : famaque, & impetu  
    Porrecta majestas ad ortum  
        Solis, ab Hesperio cubili.  
Custode rerum Cæsare, non furor  
Civilis, aut vis exinaet otium,

D 3

Non.

(a) Ingeniosè pulsata tantum lyrâ & sono edito  
quasi experimente quodam ostendit Poëta; impruden-  
ter facerem, si chordis tam tenuibus tubarum clango-  
res vellim exaqware. (b) Signa caso M. Crasso Roma-  
nis erepta restituerunt Parthi Augusto. (c) Templum  
Janus Roma, cuius gerinae portæ patabant tempore belli,  
tempore pacis autem claudebantur.

Non ira, quæ procudit enses,  
Et miseris inimicat urbes.

Non qui profundum Danubium bibunt,  
Edicta (d) rumpent Julia, non Getæ,

Non Seres, infidive (e) Persæ

Non Tanaim prope flumen orti,  
Nósque, & profestis lucibus, & sacris  
Inter jocosū munera Liberi

Cum prole, matronisque nostris,

Rite Deos prius apprecaſti

Virtute functos more patrum, duces

(f) Lydis rem isto carmine tibiis,

(g) Trojāmque, & Anchisen, & alia

Progeniem Veneris canemus.

(d) Pacis conditiones ab Augusto impositas obſer-  
vabunt universi. (e) Seu Parthi cum temporis Persis  
imperantes, qui M. Crassum per ſimulationem collo-  
quii interemerunt. (f) Lydiæ populi Phrygiæ proximi  
ita noverant temperare quinque Græcorum concentus  
celebratissimos, ut inde unum efficerent. (g) Landes  
Augusti ab ipso repetemus principio omnes & singulos  
percurrendo, qui à Venere per Anchisen ortum du-  
xere.

## ODE XXIX. VITÆ RUSTICÆ LAUDES.

**B**eatū ille: qui procul negotiis,  
(a) Ut prisca gens mortalium,  
Paterna rura bobus exerceſt suis,  
Solutus omni fœnore.

(a) Prisci agrot suos propriis bobus arabant ab om-  
ni fœnore liberi.

Nec

Nec excitatur classico miles truci:  
 Nec horret iratum mare:  
 Forumque (*b*) vitat, & superba civium  
 Potentiorum limina.  
 Ergo aut adultâ vitium propagine  
 Altas (*c*) maritat populos:  
 Aut in reductâ valle mugientium  
 Prospectat errantes greges,  
 Inutilisque falce ramos amputans,  
 Feliciores inferit:  
 Aut pressa puris mella condit (*d* amphoris,  
 Aut tondet infirmas oves,  
 Vel cùm decorum mitibus pomis caput  
 Actumnus arvis extulit:  
 Ut gaudet insitiva decerpens pyra,  
 Certantem & uvam purpuræ:  
 Quâ muneretur te (*e*) Priape, & te pater  
 (*f*) Syluane tutor finium!  
 Libet jacere modò sub antiqua ilice,  
 Modò in (*g*) tenaci gramine.  
 Labuntur altis interim ripis aquæ:  
 Queruntur in sylvis aves,  
 Fonteisque lymphis obstrepunt manantibus:  
 Somnos quod invitet leves.

## D 4

At

[*b*] Lites fugit; hæ enim olim decidebantur apud  
 Romanos in publico foro. [*c*] Deducit vitem ad altas  
 arbores, ut tanto altius assurgat. [*d*] Amphora pro  
 quolibet vase. (*e*) Priapus Bacchi & Veneris filius,  
 hortorum Deus turpissimus. (*f*) Sylvanus sylvarum  
 & finium præses. (*g*) Quia habet radices longissimas,  
 quibus sic infigitur terra, ut ubi semel enatum, inde  
 difficulter exterminetur.

At cum tonantis annus (*h*) hybernus Jovis,  
 Imbres, nivesque comparat :  
 Aut trudit artes hinc, & hinc multâ cane  
     Apros in obstantes plagas :  
 Aut amite lœvi rara tendit retia,  
     Turdis edacibus dolos :  
 Pavidumq; leporem, & (*i*) advenam laqueo gruem,  
     Jucunda captat præmia.  
 Quis non malatum, quas amor curas habet  
     Hæc inter obliviscitur ?  
 Quod si pudica mulier in partem juvet,  
     Domini, atque dulces liberos :  
 ( Sabina qualis, aut perusta solibus  
     Pernicis uxor Appuli)  
 (*k*) Sacrum vetustis extruat lignis focum  
     Lassi tub adventum viri :  
 Claudensque textis cratibus lætum pecus.  
     Distenta siccet ubera :  
 Et horna dulci vina promens dolio,  
     Dapes inemptas appetet :  
 Non me Lucrina (*l*) juverint conchylia :  
     Magisve (*m*) rhombus aut scari,  
 Si quos Eois intonata fluctibus  
     Hiems ad hoc vertat mare.

Non

(*h*) Tempus hyemis advenit. (*i*) Perica, quâ  
 utuntur ancipes ad capiendas aves. (*k*) Vel quia fo-  
 cus est Vestæ sacer, vel quia est Deorum Penatium ara.  
 (*l*) Ostrea quæ capiebantur in Lucrino Campania lacu  
 amplissimo. (*m*) Pisces magni pretii longè extra ka-  
 lam magno sumptu petendi.

Non (*n*) Afra avis descendat in ventrem meum,  
 Non attagen Iconicus  
 Jucundior, quam lecta de pinguissimis  
 Oliva ramis arborum,  
 Aut herba (*o*) lapathi prata amantis, & gravi  
 Malvæ salubres corpori:  
 Vel agna festis (*p*) cæsa Terminalibus,  
 Vel hœdus erepius lupo.  
 Has inter epulas, ut juvat pastas oves  
 Videre properantes domum?  
 Videre fessos vometem invertsum boves  
 Collo trahentes languido:  
 Positósque (*q*) vernas, ditis examen domūs,  
 Circum (*r*) tenidentes lates!  
 Hæc ubi locutus tænerator Alphius,  
 Jam jam futurus rusticus,  
 Omnem (*s*) relegit Idibus pecuniam,  
 Quærit Kalendis ponere.

## D 5

## ODE

[*n*] Aves delicati saporis. [*o*] Herba delicate.  
 [*p*] Terminorum, quibus agri dividebantur, tanta  
 erat religio, ut iis Terminalum Denm prefecerint. In  
 ejus honorem mense Februario celebrabantur festa  
 Terminalia. [*q*] Verna dicitur famulus aut ancilla  
 domini nata, non aliunde acquisita. [*r*] Omnia domi  
 nitide composita, ut ridere videantur. [*s*] Calendis  
 & Idibus, id est, sub initium & medium cuiuslibet  
 mensis pecunie dabantur mutuo & repetebantur.

## ODE XXX. AD MECÆNATEM.

*Arg. Detestatar allium, quod comedebat vim ejus.  
dem ignorans,*

**P**arentis olim si quis impiâ manu  
Senile guttur frégerit:  
Edat (a) cicutis allium nocentius,  
O dura (b) messorum ilia!  
Quid hoc veneni sœvit in præcordiis?  
Num (c) viperinus his crux  
Incoctus herbis me fefellit? an malas  
[d] Danidia tractavit dapes?  
Ur Argonautas præter omnes candidum  
Medea mirata est [e] ducem,  
Ignota tauris illigaturum juga,  
Perunxit hoc Jasonem:

Hoc

(a) Cicuta wilde Kervel oder Döllkraut. Cù-  
jus succo Athenienses necem inferebant judicio capi-  
tali damnatis. [b] O ferreos messorum stomachos,  
qui allium avidissime devorabant. [c] Venenum  
maxime pestilens. (d) Tum temporis famosa Vene-  
fica. [e] Jason Æsonis filius Dux expeditionis Ar-  
gonauticæ, quem Æeta Colchorum Rex cum reliquis  
sociis benevolè in speciem exceptit, eique aureum vel-  
lus appromisit, si ignivomos Tauros Marti sacros,  
quos apud se habebat, jugo subderet, Cujus filia Me-  
dea, ut Jasonem morte à tauris certò inferenda libe-  
raret, magiscis quibusdam succis perunxit.

## ODÆ SELECTÆ.

59

Hoc delibutis ultra donis (*f*) pellicem,  
Serpente fugit alite.

Nec tantus unquem siderum insedit vapor  
Siticulosæ (*g*) Apuliae:

Nec munus humeris efficacis [*h*] Herculis  
Inarsit æstuosiùs.

(*f*) Simili succa perunxit munera Creüsa repudiata Medea Jasonis novæ sponsæ; quibus acceptis Creüsa & tota parentis Creontis regia incensa est, ipsa interim Medeâ per alatum draconem aliò avelante. (*g*) Apulia maximis caloribus est obnoxia. (*h*) Fuit hoc munus interula Nesi Centauri ab Hercule occisi, cruore infecta, quam à Conjuge Deianira vagis ejusdem amoribus irata sibi missam ubi Hercules induit, in tantum furorem est actus, ut se ipsum in ardenter pyram in Ætna monte conjecerit.

## ODE XXXI. AD POPULUM ROM.

Arg. Queritur bellis Civilibus nullum imponi finem.

**A**ltera jam teritur bellis civilibus ætas:  
Suis & ipsa Roma viribus ruit,

Quam

[a] Ætas hic potest significare tempus 23. annorum, ab anno enim Urbis conditæ 694. quo collisi sunt Cæsar, Pompejus & Crassus, continua fuerunt bella civilia usque ad 719. quo scribebat hanc Oden.

Quam neque finitimi valuerunt perdere (b) Matis,  
Minacis aut Etrusca (c) Porsenæ manus,  
Emula [d] nec virtus Capuæ, nec (e) Spartacus  
acer,

Novisque rebus infidelis [f] Allobrox.  
Nec fera [g] cœruleâ domuit Germania pabe,  
(h) Parentibusque abominatus Annibal:  
Impia perdemus (i) devoti sanguinis ætas:  
Ferisque rursus occupabitur [k] Iolum.  
Barbarus hæc (l) cineres insistet viator: & urbem  
Eques sonante verberabit ungulâ:  
Quæque carent ventis, & solibus, ossa (m) Quirini,  
Nefas videre dissipabit insolens.  
Fortè quid expediat, communiter, aut melior pars  
Matis carere quæfitis laboribus.  
Nulla sit hæc potior sententia: (n) Phocæorum  
Velut profugit execrata civitas:

Agros.

[b] Bello Marsico & sociali. (c) Porsena ob sedit  
Romanus successu irrito. (d) Capua Campania capta  
olim Senatu, consilio, aliisque Reip. insignibus Roma  
emula, ideo potissimum adhesit Annibali, quod promis-  
sisset eam se Urbem tota Italia pæfecturum. (e) Spar-  
tacus gladiator celebris, auctor belli servilia. (f) Al-  
lobroges sape novis rebus studentes rebellarunt contra  
Romanos. (g) Germanis oculi plerunque cœrulei.  
(h) Majorsbus nostris execrabilis Annibal. (i) Nos-  
rei, execrandi, & ideo effusandi sanguinis. (k) So-  
lum Romanum. [l] Cineres deletæ Urbis. (m) Ro-  
muli. (n) Phocæa urbs Jonia, cuius Cives cum aure  
haberentur ab Harpago lyri pæfecto, relati a Parricida  
meri se dantes venerunt in Gallias, ubi considerunt  
Massiliam.

Agros, atque lates patrios, habitandaque fana  
 Apris reliquit, & rapacibus lupis:  
 Ite, pedes quocunque ferunt, quocunque per undas  
     Notus vocabit, aut protervus Africus,  
 Sic placet? an melius quis habet suadere? secundâ  
     Ratem occupare quid moramur alite?  
 Sed juremus in (o) hæc: simul imis saxa renârint  
     Vadis levata, ne redire sit nefas:  
 Neu conversa domum pigeat dare linteal, quando  
     (p) Padus Marina laverit cacumina:  
 Credula nec \* fulvos timeant armata leones,  
     Amétque salta lævis hircus æquora,  
 Hæc, & quæ poterunt redditus abscindere dulces,  
     Eamus omnis execrata civitas,  
 Aut pars indocili melior grege: mollis, & expes,  
     [q] Inominata perprimat cubilia.  
 Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum:  
     Etrusca præter & volate litora.  
 Nos manet Oceanus circumvagus: arva beata  
     (r) Petamus arva, divites & insulas:  
 Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,  
     Et imputata floret usque vinea:  
 Germinet & nunquam fallentis termes olivæ:  
     Suamque pulla ficus ornat arborem.  
 Mella cava manant ex ilice: montibus altis  
     Levis crepante lympha desilit pede.

Illic

(o) In hac observanda; ut ubi lapides profundi  
 maris sublevati enataverint, liceat redire. [p] Ma-  
 rinus mons Calabria à Pado procul remotus. (q) Ignor-  
 vi maneant in locis his inauspicatis, properor innocen-  
 tem Remis angentem ibi à Romulo profusum. (r) Ad-  
 eamus Insulas Fortunatas; ubi sunt aurea sacula.

Illic injussæ veniunt ad mulætra capellæ :  
 Refertque (s) tenta grex amicus ubera :  
 Nec vespertinus circumgerit ursus ovile :  
 Nec intumescit alta viperis humus.  
 Plurâque felices mirabitur : ut neque largis  
 Aquosus Eurus arva radat imbribus :  
 Pinguia nec siccis urantur semina glebis ,  
 Utrumque rege temperante Cælitum.  
 Non huc (t) Argoo contendit remige pinus,  
 Neque impudica [u] Colchis intulit pedem :  
 Non huc Sidonii torserunt cornua nautæ ,  
 Laboriosa nec cohors Ulyssæi.  
 Nulla nocens pecori contagia : nullius astri  
 Gregem æstuosa torret impotentia.  
 Juppiter illa piæ secrevit littora genti ,  
 Ut inquinavit ære tempus aureum :  
 Ære, dehinc ferro duravit sæcula : quorum  
 Piis secunda vate me-datur fuga.

(s) Extensa. [t] Navis Argonautarum. (u) Medea.

### ODE IX. AD MECÆNATEM.

Arg. Perlato Romam nuntio de Aeliaca victoria, hor-  
 tatur Mecenatem ad hilares epulas, & magnificos  
 apparatus pro adornando triumpho.

**Q**UANDO repostum Cæcubum ad festas dapes  
 Victore lætus Cæsare ,  
 Tecum sub alta ( sic Jovi gratum ) domo  
 [a] Beate Mecenas, bibam ,

(a) Quia gaudio triumphabat ob Cesaris victoriam.

So-

Sonante mistum tibiis carmen lyrâ,  
 Hac Dorium, illis [b] Barbarum?  
 Ut nuper, actus cum ferro [c] Neptunius  
 Dux fugit ustis navibus,  
 Minatus urbi vincla, quæ detraxerat  
 Servis amicus perfidis.  
 Romanus [eheu! posteri negabitis]  
 [d] Emancipatus fœminæ,  
 Fert [e] vallum, & arma miles, & spadonibus  
 Servire rugosis potest;  
 Intérque signa, turpe, militaria  
 Sol alpicit [f] conopeum,  
 Ad hunc frementes verterunt eis mille equos  
 Galli canentes Cæfarem;  
 Hostiliūque navium in portu latent  
 Puppes sinistrorum citæ,

IS

[b] Tibiarum concentus Phrygim seu à Phrygibus  
 inventus, ideo nuncupatur Barbarus, quod Dores ali-  
 que Græci alias omnes nationes despicerent tanquam  
 barbaras. [c] S. Pompejus Pompeji M. Parentis sui,  
 qui universo mari imperaverat gloriâ elatus, & occu-  
 patâ Siciliâ ferox Neptuni filius videri voluit, ueste  
 cœruleâ sumptâ, homines etiam & equos vivos in mare  
 missos Neptuno sacrificavit; hic per plures annos ar-  
 matis etiam servis adversus Augustum sed infeliciter  
 pugnavit. [d] M. Antonius mancipium Cleopatræ  
 factus. [e] Vallus est palus, quem ferebant singuli  
 milites, ut sine morâ, cum opus esset, excitaretur mu-  
 nitio castrensis, quæ vallum dicebatur à vallis, ex qui-  
 bus siebat. [f] Tectorium muliebre.

Iô triumphe, tu moraris (*g*) aureos  
Curus, & intactas boves.

Iô triumphe, [*h*] nec Jugurthino parem  
Bello reportâsti ducem.

Neque [*i*] Africano, cui super Catthaginem  
Virtus sepulchrum condidit.

Terrâ, marique victus hostis, [*k*] Punico  
Lugubre mutavit sagum :

Aut ille centum nobilem Cretam urbibus  
Ventis iturus non suis,

Exercitatas aut petit Syrtes Noto,  
[*l*] Aut fertur incerto mari.

Capaciores affer hic puer scyphos,  
[*m*] Et Chia vina, aut Lesbia.

Vel, quod fluentem naufragiam coérceat,  
Metire nobis Cæcubum,  
Curam, metumque Cæsaris retum, juvat  
Dulci (*n*) Lyæo solvete.

## ODE

[*g*] *Curus triumphalis.* [*h*] *Est hic triumphus major triumpho Marii, quo Jugurtham Numidia Regem duxit captivum.* [*i*] *Item Scipionis Africani minoris, qui de eversa Carthagine triumphavit.* [*k*] *Victus Antonius quò fugeret dubitans, domum se contulit in Peloponnesum ad sinistram Urbis Actii.* [*m*] *Chius & Lesbos Insulae à præstanti vino celebres.* [*n*] *Seu Baccho, sic dicto, quòd vinum curis animum solvat.*

